FORVM NERVÆ



Erat hoc forum retro templū nunc S. Adriani prope forū Romanū iuxta uel inter forum Augusti et Cæsaris; adhuc pauca quæ extant uestigia sed nuper deiecta indicant porticus et ædificij: elegantiam ostendunt autē porticū fuisse eximiā columnæ ingentes striatæ opere corinthio cælaturæ lapidū hic quoque uisebantur artificio admirabili quæ ostendunt opus exactissime fuisse perfectū. Aiunt inchoatū fuisse a Domitiano, sed deleto eius nomine exoto Nervæ optimi Imperatoris nomine fuisse insignitum opus. quod quidem uerosimile uidetur quod Nerua tantū uno anno et quatuor mensibus imperauit. Nunc deiecto ueteri templo S. Petri epistilia ex marmore columnis eius temli imposita ex inscriptione nominis Nervæ ostendunt ea fuisse ex hoc foro ad construendū illud templū a Constantino Magno translata, et fortasse etiam columnæ inde sumptæ allatæ quæ numero centum istud templū præclaro ac longo ordine sustinebant. Hæc nrā adhuc ætate legebatur inscriptio IMP. NERVA. CAESAR. AVG. PONT. MAX. TRIB. POT. II. IMP. II. PROCOS. quod quidē forum pulcherrimis statuis intus et foris erat exornatum de quo scribit Spartianus

Si vede le vestigie di questo vicino le Mentite per andare a' S. Maria de' Monti; si vede alcune gran colone e Regi di Marmo.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/?grafik=10-2-geom-00055